



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DXXXI. Agnes, Wittve des Markgrafen Heinrich von Brandenburg,
vereignet der Kirche zu Helmsthal gewisse Besitzungen auf dem
Homberge, am 14. August 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

DXXXI. Agnes, Wittve des Markgrafen Heinrich von Brandenburg, verzeiget der Kirche zu Helmsthal gewisse Besitzungen auf dem Homberge, am 14. August 1319.

In nomine domini Amen. Quum ea, que pietatis zelo per deum timentes aguntur et disponuntur, ne per obliuionis caliginem decidunt in futurum, et ne a successoribus aliquantulum infringantur, sanum est et consultum, ut amicorum testimonio et literarum authenticis muniantur; Hinc est, quod Nos Agnes, relicta Magnifici Principis domini Henrici Brandenburgensis et Landispergensis Marchionis pie et felicitis memorie, recognoscimus presentium per tenorem, et omnibus, hec audientibus seu visuris, cupimus esse notum, quod bona deliberatione prehabita et matura, ob reuerentiam et honorem beate Virginis Catharine et salutem anime domini nostri prelibati, dedimus et presentibus damus ecclesie in Helmsthal¹⁾, talia bona, videlicet integrum humuletum cum duobus agris pertinentibus ad eundem, que quidem bona sunt sita in monte, qui Homberg appellatur, et que Theodoricus²⁾ dictus Springinsguth a nobis possedit titulo iusti feodi. Volumus, ut dicta bona dicte ecclesie deseruiant omni tempore cum pertinentiis et fructibus debitis et consuetis. Insuper prenotate ecclesie damus et addimus jus nostrum proprietarium, quod hactenus in ipsis habuimus bonis, intuitu spiritualis deuotionis, quam ad sepe dictam gerimus ecclesiam, inter viuos, pure et simpliciter propter Deum, renunciantes precise per nos met ipsos et pro nostris heredibus, predictis bonis et ejus proprietati, que nobis et dictis heredibus nostris in parte competere poterint et in toto. In perhennem quidem hujus donationis et proprietatis notitiam et certitudinem firmionem, prebens scriptum nostri appensione sigilli dedimus roboratum. Testes hujus donationis sunt dominus Godofridus dictus Steltze, plebanus in Sangerhausen, dominus Johannes dictus Wipperling, noster Capellanus et notarius, dominus Johannes dictus Tutzteler, sacerdos, dominus Philippus de Demuz Pincerna dominus Ludewicus et Dominus Vlricus dicti de Sangerhausen, milites, et quam plures ceteri fide digni. Datum et actum anno domini M. CCC. XIX., pridie Kalendas Septembris, in vigilia assumptionis sancte Marie Virginis gloriose.

Nach Wisse, Ticemannus, Cod. dipl. 223. und Schöttg. diplom. histor. German. II, 420.

DXXXII. Bericht über die Sendung des Grafen Günther von Kefernberg nach Guben, Sagan und Crossen, wegen der Befestigung dieser Orte, und über den inzwischen (am 14. August) erfolgten Tod des Markgrafen Woldemar von Brandenburg, vom Jahre 1319.

Anno Domini M^o. CCC^o. XIX^o. feria tertia post diuisionem apostolorum³⁾ venit dominus Guntherus Comes de keuerenberk et intromisit se Gubin ciuitatis et terre. Eadem hora petit in advocatos Jacobum de Wolfarsdorf et Johannem Vncum.

1) Schöttgen: Helmesthal.

2) Schöttgen: Theodericus.

3) Am 17. Juli.